

PROLEGOMENA JURIS CANONICI

Hic praesciendū sunt ea omnia, quae in Prolegomenis Juris civilis, praesertim ad tit. Inst. & ff. de Justitia, & Jure traduntur; & hi praecognitis, inchoandum Jus Canonicum a consuetis Prolegomenis.

S. I.

De natura, causis, & effectibus Juris Canonici.

Nota 1. Jus ab Ecclesia pro dirigendis fidelibus constitutum variis nominibus appellari: nam dicitur jus Canonicum, quia Canones continent; Ecclesiasticum, seu Pontificium, quia a potestate Ecclesiastica, seu Pontificia descendit; Sacrum, quia principaliter agit de personis, & rebus sacris; & quandoque dicitur Jus divinum, non quod immediate a Deo conditum sit, sed quod SS. Canones a Sede apostolica constituantur in ius Dei Ecclesiam suam dirigentis. Hoc sensu procedit c. 2. de privileg. 6. ibi: providimus, quod ibidem, (apud Sedem apostolicam) de cetero regatur, & regatur studium Juris divini, & humani, Canonici videlicet, & civilis.

Nota 2. Jus Canonicum tribus modis accipi potest: 1. metonymice tanquam continens pro contento: quo sensu volumens, seu corpus Canonum vocatur Jus Canonicum. 2. obiective pro ipsi Canonibus, seu constitutionibus ecclesiasticis. 3. denominative pro ista disciplina, seu scientia Canonum, quae retinens nomen sui obiecti, & principii, pariter jus Canonicum denominatur arg. l. 1. pr. ff. de Just. & Jure.

Nota 3. Jus Canon, quoad nomen esse jus regulare, quia Canon graeco, latine Regula nuncupatur Can. 1. d. 3. Dicitur autem jus regulare per excellentiam, cum Canon in usu juris antonomastice significet regulam ecclesiasticam interhumanas regulas principem: sicut jus civile sine addito antonomastice significat jus romanum s. 2. in de Jure naturali, gentium, & civili.

Q. I. Quid sit jus Canonicum quoad rem? R. Obiective spectatum, est jus positivum a summa potestate Ecclesiastica conditum, dirigens actiones fidelium ad bonum spirituale, & ultimo ad vitam aeternam. Denominative vero spectatum, est facultas, seu scientia, quae circa cognitionem hujus juris occupatur. Ita in re communis, cujus explicatio ex seq. patebit.

Q. II. Quae sit causa efficiens, seu auctor juris Canonici? R. Causa proxima principalis est summus Pontifex, vel solus, vel cum concilio Can. 1. & seq. d. 19. nam summa potestas Ecclesiastica, cujus iure tota Ecclesia obligetur, & gubernetur, residet in summo Pontifice Vicario Christi, ut ex Joan. ult. pasce oves meas, ergo Papa est conditor juris Canon. sive per se, sive cum concilio Canones condit. Porro prima origo Canonum desumenda est ab Apostolis, qui plures caeteros celebraverunt, & varios Canones ediderunt, ut Act. 15. de abstinentia ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Tum successerunt variis Canonibus Apostolorum magis de ore ad os traditi, quam scripti. Tandem decreta Conciliorum, & Summorum Pontificum. Haec omnia legi possunt tota dist. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

Obj. 1. In jure Canon. traduntur mysteria fidei, ut rit. de Sum. Trin. 2. Immiscetur jura naturalia, & divina, ut de simonia, ultusis, sacramentis &c. 3. Ponuntur Canones conciliorum particularium, dicta Patrum, Constitutiones imperiales, variae consuetudines, & usus Ecclesiarum; ergo solus Papa non est conditor juris Canonici.

R. ad 1. N. a. nam principes haec in spiritualibus non est princeps, & pastor, sed subditus, & ovis commissa Vicario Christi. Ad 2. Moyses simul fuit summus Sacerdos, & Propheta Ps. 98. v. 6. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus ejus. Ad 3. Imperatores catholici semper agnoverunt se subditos Vicario Christi, ut pater in Constantino M. &c. Quod vero admiserint nudum titulum Pontificis Maximi, causa fuit, ut respectu gentium majorem sibi venerationem conciliarent, quia causa cessante, cessavit titulus iste in Gratiano Imp. vide Spondan. ad an. 312. & 383. Hic etiam obijci possunt textus ex Roman. 13. omnis anima. Tit. 3. admo-

ca, quae scripto, vel tradito divinitus revelata sunt. Ad 2. Jura naturalia, & divina, tamquam principia superiora, & generaliora pertinent ad jus Can. quia Papa utpote Legislator inferior ius utitur, applicando, & determinando illi ad casus particulares, vel delictis poenam apponendo. Ad 3. Haec omnia non aliter obtinent vim juris communis, nisi quatenus a Sede apostolica approbantur Can. 1. pr. d. 19. quae approbatione elevantur in jus Pontificium, juxta illud: omnia nostra facimus, quibus auctoritatem imperavimus l. 1. s. 6. C. de V. J. E.

Q. III. Quae sint causae instrumentales juris Canonici? R. Sunt varii compilatores quidem; ut erant Dionysius exiguus monachus circa annum 527. Eulgenius Ferrandus diaconus cartagin. cujus opus a Cresconio vocatur Breviarium Can. 34. d. 63. Martinus; non Papa, ut quandoque in decreto citatur, sed Episcopus bracharensis, S. Isidorus Episcopus hispal. & alius Isidorus Mercator, vel Peccator, ut quidam volunt, Episc. seu benedictus; Burchardus monachus benedict. postea Episcopus Wormatiensis, cujus decretum viginti libris constat. Card. Deusdedit; Anselmus Episcopus lucensis, Ivo carnatenis, Gratianus monachus benedictinus, cujus opus, seu decretum vocatur Concordia discordantium Canonum. Tum secute sunt variae compilationes epistoliarum decretalium, quas collegit Bernardus Babus, Joannes Valens, seu Gallensis, Petrus Beneventanus, Tancredus; & Justus Gregorius IX. S. Raymundus de Pennafort compilavit quinque libros decretalium His accessit Sextus Bonifacii VIII. Clementinae Clem. V. Extravagantes Joan. XXII. & communes.

Q. IV. Quae sit materia juris Canonici? R. Materia, seu obiectum materiale circa quod sunt actiones fidelium, ut dirigendae per sacros Canones; particularis materia cujusque Canonis est illa, de qua specialiter disponitur in tali Canone. Materia ex qua, sunt partes, & Canones, ex quibus integritas jus Can. ut infra dicitur. Materia in qua, sunt omnes fideles, seu baptizati, etiam Reges, & Principes: nam hi omnes sunt oves subiectae summo Pastori, seu Vicario Christi. Joan. ult. idque valde decuit, ut potestas politica, tanquam inferior, subordinaretur potestati spirituali, tanquam superiori, sicut caro spiritui, ut bene ostenditur Can. 1. & seq. d. 10. & probat Inn. III. in c. 6. de Major. & Obi. ubi summarius ita concipitur: Imperium non praest. Sacerdotio, sed subest, & ei obedire tenetur, puta in spiritualibus, & in his, quae spiritualia concernunt. Papa autem non subest juri Canon. nisi directive, quia Princeps legibus solutus est l. 31. ff. de LL.

Obj. 1. Sicut Principes summi non debent subesse juri Can. quia Princeps Principi non subijciatur, cum non habeat imperium par in parem c. 20. de elect. 2. Moyses princeps politicus non fuit subiectus Aaroni Summo Sacerdoti. 3. Imperio annexa est summa dignitas Pontificalis, & ideo Imperatores etiam catholici gerebant titulum Pontificis Maximi.

R. ad 1. N. a. nam principes haec in spiritualibus non est princeps, & pastor, sed subditus, & ovis commissa Vicario Christi. Ad 2. Moyses simul fuit summus Sacerdos, & Propheta Ps. 98. v. 6. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus ejus. Ad 3. Imperatores catholici semper agnoverunt se subditos Vicario Christi, ut pater in Constantino M. &c. Quod vero admiserint nudum titulum Pontificis Maximi, causa fuit, ut respectu gentium majorem sibi venerationem conciliarent, quia causa cessante, cessavit titulus iste in Gratiano Imp. vide Spondan. ad an. 312. & 383. Hic etiam obijci possunt textus ex Roman. 13. omnis anima. Tit. 3. admo-

ramone illos, & plures Constitutiones imperiales super personis, & rebus ecclesiasticis, ut in C. rit. de SS. Eccl. de Episc. & Cler. de Episcop. audient. &c. Sed haec, & similia solvuntur ex tota dist. 10. & 96.

Q. V. Quae sit forma juris Canonici? R. forma seu obiectum formale quod, est rectitudo, quae per directionem SS. Canonum inducitur in actiones fidelium; cum talis rectitudo per se, & primario intendatur a jure Canon. arg. c. 1. de Constit. forma vero extrinseca est series, & dispositio titulorum.

Q. VI. Quis sit finis, & effectus juris Canonici? R. Finis proximus est bonum vite christiane, maxime in actibus externis relucens; remotus vero est beatitudo aeterna cap. 8. d. 10. ad hoc enim tendunt jura ecclesiastica; effectus primarius, & immediatus est obligatio ad observantiam SS. Canon. cap. 1. de Constit. Canonum statuta custodiantur ab omnibus. Ex qua observantia sequitur bonum spirituale Ecclesiae, & fidelium. Alter effectus est obligatio ad sciendum, puta proportionaliter cujusque status. Ita Can. 1. d. 38. statuitur: Ignorantia mater errorum, maxime in Sacramentis Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sciunt igitur Sacerdotes Scripturas sanctas, & Canones &c. Sic etiam in jure civili lib. 12. C. de J. & F. J. rescribitur: Constitutiones Principum nec ignorare quoniam, nec dissimulare permittimus: nam quod publicum propositum est, ignorare non licet; cum id adveserit virtuti studiositatis. Unde Nicolaus I. c. 2. d. 20. recte resecabit Phorio: Si decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectis, atque incuria estis arguendi. Si vero habetis, & non observatis, de temeritate estis corripicendi, & arguendi.

S. II.

De Qualitatibus Juris Canonici.

Q. I. An sacra juris prudentia sit vera scientia? R. Affirmative arg. l. 10. in fin. ff. de J. & J. nam omnia requirit habet ad veram scientiam: & quidem 1. principia infallibilia, scilicet veritates naturales, & theologicas, quibus SS. Canones imitantur. 2. habet conclusiones scientificas tam in materia communis, quam specialis v. g. Canonem esse obligatorium, quod est rationabile praecipuum superioris ecclesiastici: postulationem ad prelatum non tribuere jus, quia est assumptio personae impedire; electionem contra SS. Canones celebratam esse nullam, quia est actus carens forma debita &c. ergo. Porro hic dubitatur, an facta juris prudentia entitative, seu substantialiter distinguatur a fac. theologia? Multi dicunt non distingui, nisi extensive penes obiecta materialia, cum theologia complete spectata omne id attingat, quod tractatur in jure Canon. Alii praesertim extra scholam thomisticam, qui facilius multiplicent habitus scientificos, asserunt sacrum juris prudentiam esse scientiam subalternatam fac. theologiae, sicut civilis juris prudentia subalternatur ethicae. Sed in hac metaphysica questione non oportet canonistam sollicitum esse, cum decisionem ex Canonibus habere nequeat. Sive autem unam, sive alteram sententiam sustineat, metio sacrum juris prudentiam ex fine suo principali asseret practicam, utpote ad dirigendas actiones fidelium ordinatam, sicut differentia practici magis attribuitur theologiae morali, licet aliquin sacra theologia adequate accepta sit formaliter eminenter speculativa, & practica, ut Thomae docent.

Q. II. An jus Canonium sit nobilitas jure civili? R. Affirmative ex tota dist. 10. ubi Can. 6. S. Greg. Naz. de Episcopis ait: dedit enim & nobis potestatem, dedit & principatum multo perfectiorem principibus vestris. Nam jus civile originem suam habet a populo; fertur in certum populum, ut romanum, habet materiam profanam, & finem temporalem; e contra jus Canon. oritur a potestate Pontificali a Christo Domino Petro, & successoribus ejus data; fertur universaliter in omnem populum christianum, habet materiam spirituales, aut spirituales annexam, & finem spirituales vite christiane, & salutis aeternae.

Q. III. An, & in quibus jus Canon. & civile conveniant, & differant? R. Conveniunt in seq. quia utrumque jus pro obiecto materiali remoto habet P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

personas, res, & actiones leg. i. ff. de stat. hom. utrumque dirigit actiones humanas, & intendit bonum commune; atque utriusque tria sunt praeccepta: honeste vivere, alterum non ledere, jus suum cuique tribuere. s. 3. In de J. & J. E contra differunt in seq. quia Jus Canon. primario versatur circa personas, res, & actiones sacras, civile circa profanas; Jus Canon. dirigit actiones fidelium per Canones a potestate spirituali latos, intendit pro fine bonum spirituale vite christiane, & felicitatis aeternae: jus vero civile dirigit actiones civium per leges a potestate laica latas, intendit pro fine bonum temporale civium, & felicitatis politicae, seu temporalis. Particulares differentias utriusque juris in decursu videre poteris. Videlicet Reiff. a n. 193.

Q. IV. An jus Canon. praestet Sac. theologiae? R. Negative, nam haec ex obiecto suo est altissima, & eminentissima scientia, ac sapientia iudicans de principis cujuscumque scientiae inferioris, an veritatibus divinis conformia sint: e contra Jus Canonicum vel est scientia subalternata sacrae theologiae, ac cujus finibus facti Canones desumpti sunt; vel est quaedam portio theologiae moralis, ergo Jus Canon. non praestat fac. theologiae. Si tamen agatur de promotione ad dignitates, v. g. ad episcopatum, canonista in locis non suspectis haeresi preferendus est puro theologo: in locis vero haeresi infectis theologus puro canonista, ut docent Felin. Abbas, & alii. Melior erit, si rectam utriusque cognitionem habuerit. Hinc necessarium est, ut canonista apprime imbutus sit sacra theologia, ne in rebus divinis hallucinetur, sicut quosdam hallucinatos fuisse obseverant sapientissimi theologi.

S. III.

De divisione, partibus, & auctoritate Juris Canonici.

Q. I. Quomodo jus Canon. dividatur? R. 1. In scriptum, quod expressa voluntate Papae, & non scriptum, seu consuetudinarium, quod moribus fidelium introductum est, accedente saltem tacito, & juridico consensu Papae Canon. 5. d. 11. nam per Canon. 2. d. 1. omne jus legibus, & moribus constat. 2. in jus commune totam Ecclesiam obligans; & in particulare, seu statutarium quod certum locum fidelium obligat, ut est nationale pro toto regno, seu natione, provinciale pro tota provincia, & diocesenum pro tota diocesi. 3. in jus commune specificum, quod clausum est in corpore juris Canonici, & jus commune non clausum, seu vagans extra corpus juris Canon. ut sunt multae constitutiones papales. An vero jus Canon. adinstar juris civilis dividi possit in publicum, & privatum? dubium est: negativa suadetur ex eo, quia jus constitens in sacris, & sacerdotibus est, & privatum? §. 2. ff. de J. & J. sed totum jus Canon. constituitur in sacris, & sacerdotibus, ergo totum est publicum, seu per se ad utilitatem publicam ordinatum. Si tamen illa, quae ad publicam Ecclesiae gubernationem spectant, distinxeris ab his, quae ad privatum spirituale commodum fidelium ordinata sunt, quamdam umbram juris Canon. publici, & privati facies.

Q. II. Quae sint partes principales clause in corpore juris Canonici? R. Sex. 1. est Decretum Gratiani cum paleis, Canonibus penitentialibus, & apostolicis. 2. decretales, seu quinque libri decretalium (puta epistoliarum, sumpta denominatione a potiori) Greg. IX. 3. Liber sextus decretalium Bonif. VIII. in quinque libros divisus. 4. Clementinae, subaudi constitutiones Clem. V. in quinque libros divisae. 5. Extravagantes Jo. XXII. 6. Extravagantes communes, subintellige constitutiones diversorum Pontificum. His additur in recentioribus exemplaribus lib. VII. decretalium a Petro Mathaeo JCro Lugdunensi compilatus, Institutiones juris Canon. Joannis Pauli Lancelotti JCr Perusini. Liber vero VIII. decretalium jussu Clem. VIII. editus, mox suppressus fuit, ne in textus Trident. ei insertos glossae fierent contra prohibitionem Pii IV. in Bulla: Benedictus Deus.

Q. III. Quam auctoritatem obtineant dispartes juris Canonici? Certum est 1. quod decretales Gregor. IX. & Bonifac. VIII. Clementinae, & Extravagantes Joann. XXII. obtineant vim juris Pontificii totam Eccle-

Ecclesiam obligantis, exceptis his, quibus per iura posteriora derogatum est; nam decretales a S. Raymundo Pennafortio compilatas approbavit Gregorius IX. easque in iudiciis adhiberi, & in scholis prelegi precepit, ut patet ex Bulla iis prefixa, qua ideo directum est ad universitatem Bononiensem, quia ibi maxima floruit studium juris. Similiter *sexus decretalium* a conditore suo promulgatus est in concilio lugdunensi, *Clementine* editae in concilio viennensi quas etiam Joannes XXII. Avinionense promulgavit, & suas constitutiones approbavit. Certum est 2. *Extravagantes communes* a nullo Pontifice expresse fuisse approbatas, communiter tamen haberi pro iure novo, & notorio, licet in dubio circa sensum illarum Sedes apostolica consulenda sit cap. 8. de fide instrum. Certum est 3. Librum VII. & VIII. decretalium a nullo Papa confirmatos fuisse, adeoque Constitutiones in eis relatae reducende sunt ad suos auctores. Institutiones vero Lancellotti, cum auctoritate apostolica confirmatae non sint, vim juris non habent. Certum est 4. *Canonibus 47. penitentiales*, qui sunt certe regulae praescribentes delinquentibus penitentias, hodie ob fragilitatem humanam fere ab usu recessisse; notitia tamen eorum utilis est confessariis, ut saltem admonent penitentes, quam penitentiam secundum rigorem Ecclesiae sustinere deberent. Imo Canonibus illi videntur statuti pro penitentia solemniori olim usitata, non vero semper, & in omni casu pro foro interno sacramentali, ne violatio sigilli sequeretur. Superest dubium de decreto Gratiani, & Canonibus Apostolorum, ad quod

17. *Re. Decretum Gratiani non obvine vim juris Pontificii bene vero sicuti Canonibus Apostolorum* pars est communiter recepta contra Abbat. Felin. Morlam, & alios; nam decretum hoc compilatum est a Gratiano doctore privato; neque constat illud ab aliquo Pontifice consummatum esse, seu canonizatum instar juris Pontificii. Multo minus *paleae* decreto infertur vim juris habent, cum neque Gregor. XIII. in Bulla decreto praefixa ullam earum mentionem faciat. Unde autem nomen *paleae* descendat, incertum est: Aliqui dicunt *paleam*, seu *prae*, aut *quod paleam* fuisse Cardinalem, qui Canonibus illos adiecit, tamquam res leves, & ideo Gratianus sermo coram Papa dixisse: *palea est, nec de grano meo*. Alii *paleam* a graeco derivantes dicunt esse adjectionem veterum canonum. Verius esse *paleam* esse nomen proprium cuiusdam discipuli Gratiani, qui decreto sui magistri Canonibus illos adiecit Gonz. in Appar. n. 50. Probatur secundum pars ex codice Canonum Ecclesiae Romanae, ubi quinquaginta priores Canonibus, Apostolorum dicti, inserti sunt a Dionysio exiguus, Quorum tamen tres ab Ecclesia palam repudiantur, nempe 46. 47. de baptismo haereticorum non recipiendo (quos duos, docet Duviat. lib. 3. c. 2. n. 9. Praenot. Canonic. adhibita dysfunctione servari adhuc non absurde dici posse) & 50. de trina merione in baptismo necessario usurpanda: nam 6. 10. 20. & 27. ex cit. Duviat. habent alium intellectum ab eo, quem nonnulli putant.

Obj. 1. Decretum Gratiani, teste Tufcho, & aliis, confirmatum est ab Eugenio III. & Sixto III. imo etiam a Greg. XIII. in Bulla decreto praefixa. 2. Capitula ex decreto quotidie allegantur in iudiciis, & scholis, & ipsi Papa illa allegant, ut c. 7. de his quae a Prelato c. 8. de despons. impub. &c. ergo censetur authenticum, & saltem tacite approbatum.

Re. ad 1. Confirmatio ista necdum est reperta, nec Greg. XIII. Gratiani librum tanquam legalem authenticavit, cum solum emendari iusserit, & emendationes sine additionibus, aut detractionibus mandaverit observari. Ita decisio 480. S. Rotae apud Gonz. cit. n. 50. Unde Canonibus, seu textus decreti revocandi sunt ad primariam auctoritatem suorum conditorum, scilicet textus scripturae, ad auctoritatem divinam, textus legales Pontificum, & conciliorum ad eorum auctoritatem, textus desumpti ex iure civili ad auctoritatem impetialem, ut ex hoc, quod ponantur in Decreto non censentur canonizati. Denique textus Patrum, & multi textus doctrinales Pontificum, qui ut privati doctores scripserunt, non sunt iudice decisi, sed directivi pro instructione, nisi repertantur a Sede apostolica approbati instar juris Pontificii. Ad 2. Ista allegatio

non tribuit maiorem auctoritatem, quam Canonibus in suis autographis habeant. Unde dum Pontifices aliquid allegant ex decreto, supponendum est id reperiri in formis authenticis.

Dices contra secundum: Canonibus Apostolorum a Trid. Sess. 4. non numerantur inter libros Canonicos. 2. In his Canonibus multa sunt falsa, ut in Can. 5. & 45. & ideo Gelaf. Papa Canonibus Apostolorum ponit inter libros apocryphos Can. 3. d. 15. Re. ad 1. in cit. Trid. enumerantur libri Canonici auctoritatis divinae, seu Sacrae Scripturae, quo sensu capitula ista Apostolorum non sunt canonica, bene vero dicuntur canonica ob auctoritatem ecclesiasticam. Ad 2. Neg. ant. spectato genuino sensu: nam Can. 5. praecipitur sustentatio uxoris, non commercium cum illa. Can. 45. reprobatum baptismus sub alia forma collatus, ut datur a Gnosticis in nomine trium principii expertum, aut trium filiorum, a Paulianis in nomine ignoti patris omnium, in veritate martiris omnium &c. Can. 65. prohibetur jejuniis haereticorum, qui jejunabant dominico, vel sabbato, ne viderentur honorari Creator mundi. Item. Epiph. apud Bail. in his Canon. Gelafus vero reprobat alios Canones Apostolorum ab haereticis depravatos, cum sinceri, & genuini Canonibus reperiantur a conciliis, & Pontificibus approbati.

18. Q. IV. Quia, & cuius auctoritatis sint rubricae titulorum, superinscriptiones, & summaria capitulorum, nota. & glossae? Re. ad 1. Rubrica a rubricis, quibus scribentur, dicta, est inscriptio indicans materiam tituli, ut de Summa Trinitate &c. in libris authenticis magnae est auctoritatis, cum libri isti una cum rubricis approbati sint & ideo valet argumentum a rubro ad nigrum h. e. a rubrica ad textum capituli, dummodo textus non dissonet rubricae, alioquin inherendum est nigro, seu textui tanquam magis specialiter. Porro rubrica continens sensum perfectum, & completum allegari potest dispositivae, seu per modum regulae generalis, v. g. de Religiosis domibus, ut Episcopo sui subiecto, Ne Clerici, vel monachi secularibus negotiis se immiscuant. Si verorubrica sensum perfectum non continet, cum nihil disponat praecipiendo, vel prohibendo, non potest allegari dispositivae, sed tantum declarativae, si capitulum sit obsecrum, & extensivae ampliando textum capituli, dummodo non sequatur correctio juris, vel poena, vel aliquid iniquum, aut contrarium consuetudini praedictae. Hic pro allegando asertur illa regula: in dubio circa sensum, res, & personas id eligendum est, quod est conformius rubricae.

Ad 2. Superinscriptiones capitulorum sunt illa verba, quae indicant unde textus capituli desumptus, vel ad quem directus sit, v. g. cap. 1. de rescriptis. Alexander III. Senonensi Archiepiscopo. In libris authenticis sunt authenticae, & ex illis validum est argumentum, cum selectis omnibus superius relatis sint, & cum capitulis approbata, ut patet ex Bulla praefixa decretalibus, & sexto. At Summaria, quibus privati doctores capitula summarunt, non habent vim authenticam, sed tantum sunt doctrinalia ad majorem legentium commoditatem, licet ob auctoritatem gravium DD. aestimentur.

Ad 3. Glossa est uberior explanatio canonum, cuius auctores erant Accursius, Bernardus, & Tancredus, Joannes Andreas subaudi filius, quibus accedunt veteres Interpretes Innocentius IV. antea dictus Sinibaldus filicus Januensis, pater juris; qui ut privatus commentatus est in decretales, Cardinalis Hostiensis, qui vocabatur Henricus de Segusia, Speculator, seu Guilielmus Durandus, ita dictus a doctissimo opere, quod Speculum juris intitulavit. Archiepiscopus bononiensis, alias Guido de Baylio, Abbas, seu Panormitanus, qui vocabatur Nicolaus de Tudeschis, & alii, quorum catalogum texit Fagn. Barbof. &c. Nota est brevior explicatio, vel additio citationum. Ista glossa constas dicitur glossarum, constans vero notis dicitur notis illustratum, ut est ius civile cum notis Gothofredi. Litera S. J. C. in glossa postea significant: Supra in americanis, infra in posterioribus, & contra, seu argumentum contrarium. Jam quod auctoritatem concernit, glossa non facit jus, licet reverenter audienda sit ob excellentem doctrinam glossatoris, dummodo ei non contradicant aliae glossae, vel alii doctores meliori iure, & ratione nixi.

Quae extra corpus Juris canonici obtineant auctoritatem Juris Pontificii?

Quaestio ista institui potest de Concilio Tridentino, & aliis conciliis generalibus, & particularibus, de magno bullario, regulis Cancellariae, declarationibus SS. Congregationum, decisionibus Rotae, & concordatis Germaniae.

19. Q. I. An Concilia obtineant vim juris pontificii? Re. 1. Concilia generalia a Sede apostolica approbata faciunt jus Pontificum pro tota Ecclesia can. 5. & seqq. d. 16. nituntur enim iura potestate ecclesiastica. 2. Concilium Tridentinum quo ad dogmata fidei est infallibilis veritatis, adeoque tenendum in tota Ecclesia. At quo ad decreta morum vim habet Juris Pontificii novissimi in omni loco, in quo est promulgatum. Ita communis, & certa Catholicorum: nam concilium hoc sub tribus Pontificibus auctoritate legitima celebratum est, scilicet sub Paulo III. Julio III. & Pio IV. & tandem absolutum integrum confirmatum fuit ab eodem Pio IV. Bulla Benedictus Deus 1563. 7. Cal. Februar. ad caesarem Trid. Quia vero in quibusdam locis ob justas causas promulgatum non erat, in his non obligat quoad decreta reformationis disciplinam ecclesiasticam concernentia, donec ibidem promulgetur. 3. Concilia particularia non habent vim Juris Pontificii, nisi approbentur a Sede apostolica pro tota ecclesia can. 6. d. 17. nam desiciente consensu Pontificio nulli Episcopo, vel concilio competit summa potestas totam ecclesiam obligandi. Pro approbatis communiter habentur Ancyranum, Neo-Cesareense, Gangrense, Laodicense, & quaedam alia, de quibus utiliter consules Compilatores conciliorum, cum eorum notitia maxime necessaria sit ad intelligendos sac. canones.

20. Q. II. An magnum bullarium, continens constitutiones Pontificias, habeat auctoritatem juris? Re. negative, nisi certo, saltem moraliter constet, quod dictae constitutiones rite sint promulgatae, usque receptae, & per omnia conformes suo originali. Hincstante dubio in iudicio non probant, nisi producantur in forma authentica, & quidem in curia romana sub sigillo Cancellarum, & Cancellarii, Auditoris, extra vero sub plumbo cum consueta subscriptione. Si Breve, seu Diploma apostolicum est, plerumque constat brevi scriptura in papyro, cerea rubra, & annulo piscatoris sigillata, ac signo Secretarii notata, & subscripta. Si Bulla est, scribitur plerumque in membrana plumbo e funibus pendente munita, salutationem cum narratione, & concessionem Papae continens.

21. Q. III. Quid sint, & quid juris habeant regulae Cancellariae apostolicae? Re. 1. Haec sunt certe ordinationes Pontificiae potissimum circa causas beneficiorum, & judiciales, quas singuli Pontifices circa initium sui papatus faciunt, vel a praedecessoribus factas renovant, augent, vel minuunt. Dicuntur autem regulae Cancellariae a potiori, quia maxime concernunt litteras apostolicas in Cancelleria Papae fieri solitas. Exemplar harum regularum plura invenies in bullario magno. 2. Regulae istae id habent speciale, quod ut primam a noviter electo Papa assumuntur, statim obligent anre promulgationem, & mortuo Papa statim expirant, ut patet ex verbis apponi solitis: licet nondum publicatae, & suo tempore duraturas. Neque eis derogatur per clausulas generales, nisi specialis, & expressa illarum mentio fiat per reg. 71. 3. Regulae omnes respectu Cancellariae apostolicae vim juris habent, nam constituta sunt legitima auctoritate papali, ad extra curiam romanam illa non obligant, quae specialiter concernunt officiales ejusdem curiae: illae vero, quae generales sunt, uti de reservationibus, dispensationibus, resignationibus, indulgentiis, annali, vel trienniali possessione beneficiorum, & hujusmodi, obligant extra curiam ad iura Juris Pontificii, cum restrictae non sint ad solam curiam romanam. Ut autem in iudicio probent, allegari debent in forma authentica saltem sub signo Vice-Cancellarii per reg. 28. quae tamen regula, ut dicit Chokier, non procedit de regulis aliunde notis, & nunquam mutari solitis, ut est regula de vi. P. Romigii a S. Erasmo, Pars I.

ginti, seu infimis resignantibus, de trienniali possessione beneficiorum &c.

22. Q. IV. Quae auctoritas competat declarationibus Sacrae Congregationis Cardinalium Concilii Trid. Interpretum? multi doctores a Gonzalez relati in sin. App. existimant istas esse solum doctrinales, magnae tamen auctoritatis, neque habere vim decisivam, nisi in casu particulari proposito, & respectu personarum, quae casum illum propulerunt. Vim juris eis attribuit Rodriq. Cherub. Cohel. Fagnan. & plures alii. Sed ut certa ab incertis separemus. Re. 1. declarationes extensivae, quae textum ampliant, vel restrictivae, quae generalitatem textus restringunt, non habent vim juris; nam juxta Constit. Pii IV. Alia nos 4. non. Aug. 1564. sacra ista Congreg. praefecta est decretis concilii tantum exequendis, non vero interpretandis; deinde autem ex concessione Pii V. & Constit. Sixti V. Immensa §. Deo autem 11. Cal. Febr. 1587. aliarumque Pontificum data est Cardinalibus potestas tantum declarandi, & interpretandi decreta reformationis, non vero dispensandi, augendi, vel minuendi, ergo. Excipe, nisi illius decreta fiant cum specialia auctoritate, & approbatione Papae; tunc enim licet extensivae sint, vel restrictivae, obtinent vim juris Pontificii, sicut decreta de Regul. apostatis, & ejectis, de celebratione Missar. & similia. Re. 2. declarationes mere comprehensivae, modo fiant consulto Papa, faciunt jus Pontificum universale. Ita hodie communis sententia, quam late probat Fagn. in cap. Quoniam 13. de Constit. a n. 8. Ratio est, quia declaratio nomine Papae facta authentica est, & vim habet juris Pontificii. arg. h. 12. §. 1. C. de LL. sed declarationes S. Cong. Conc. fiunt nomine Papae: tum quia dicti Pontifices hanc auctoritatem interpretandi concesserunt Cardinalibus; tum quia declaratio comprehensiva non facit novum jus, sed solum jus praesistentis declarat, adeoque nititur auctoritate papali, sicut ipsa decreta Tridentini; tum quia interpretationi Cardinalium non minor auctoritas attribuenda est, quam responsis prudentium, quorum interpretatio pro lege suscipiatur §. 9. responsa de J. N. G. & C. tum denique quia interpretationes istae fiunt de consilio Papae ex Bulla Sixti V. ibi: nobis tamen consultis; ergo. Unde Greg. XIV. per litteras in forma Brevis eidem Sac. Congr. concessit auctoritatem scribendi nomine Papae, & eadem S. Congr. teste Garcia de Benefic. p. 1. in Praef. ita referunt Abbates Messanen. eadem ratio habenda est in his, quae scribuntur a Cardinalibus ejusdem S. Congr. nomine, ac si a Papa scripta essent. Porro, ne qua fraus fieret per istas declarationes, ex decreto Urbani VIII. 1631. die 2. Aug. sancitum est, ne declarationibus Card. sine impressis, sive manuscriptis fides adhiberetur in iudicio, vel extra, nisi producantur in forma authentica, scilicet munite solito sigillo, & subscriptione Cardinalis praefecti, ac Secretarii ejusdem Congregationis. Hinc Fagnanus, qui multis annis ejusdem Congregat. Secretarius fuit, in principio suorum operum monet lectorem, & protestatur, quod responsa S. Congr. quae ipsam asert, minime habenda velint pro authenticis, quando Cardinalis Praefecti, & Secretarii subscriptiones, si quoque carent. Quod bene notandum est contra quosdam, qui zelo indiscreto propter compendiola declarationum fusque deque omnia invertere volunt cum maxima difformitate in actionibus, obligationibus, divinis officiis, & caeremoniis, ac ritibus: sed si immutanda sunt quaequam in diacessibus recepta, & usu firmata, expectandum erit mandatum Ordinarii. Unde merito La Croix, qui magna ex parte theologiam moralem his declarationibus implevit, & uniformitatem Ecclesiarum procurare voluit, a quodam Patre S. J. Romae degente monitus fuit circa has declarationes, ut ipsemet referit in sine tom. VII. tum quia non constat, an decreta illa compendiata, prout jacent, authentica sint; tum quia decreta ista saepe dantur pro casibus & locis particularibus. Si ergo romani doctores ignorant, quanto magis in nostris partibus dubium esse potest de sinceritate harum declarationum? Ad si nobis certo constiterit de aliqua declaratione, saltem ex fidei, & communi relatione Scriptorum gravium, licet declaratio ista legaliter non probet, utpote praescriptis solemnitatibus destituta, tamen cum omni reverentia suscipienda erit, nisi forsitan obtarent particu-

De principiis, antinomia, & usu juris Canonici.

ticulares locorum consuetudines pie, & laudabiliter introductæ, quibus regulariter nec Constitutio papalis censetur derogare, nisi id sufficienter exprimat cap. 1. de Constit. in 6. Quod dictum est de responsis S. Congr. Concilii, id proportionaliter tenendum est de declarationibus aliarum SS. Congregationum, ut Immunitatis, Indictis, super negotiis Episcoporum, & Regg. &c. quarum declarationes comprehensivæ vim juris habent, præsertim si secundum illas pluries uniformiter in eodem casu judicatum est a S. Rota, & aliis tribunalibus.

Obj. 1. ad substantiam legis requiritur promulgatio l. 1. 2. ff. de leg. 1. 3. 9. C. de LL. sed responsa S. Congr. non solent promulgari, ergo. Unde Gonzal. loc. cit. præter tres reatas condiciones, scilicet ut declarationes sint comprehensivæ, sicut consilio Papa, & producuntur in forma authentica, requirit quartam, ut publice promulgentur. 2. Lex concipi debet verbis præceptivis, seu obligatoriis arg. l. 1. ff. de LL. sed responsa S. Cong. concipiuntur verbis doctrinalibus, & explicativis: censui consensus ergo. 3. Cardinales equiparantur Judicibus, & magistratibus auctoritate principis collentibus arg. l. 12. v. cur autem C. de LL. sed sententia Judicum, & magistratum non faciunt jus universale, sed solum particulare inter partes c. 25. de Sent. & re judic. l. 2. C. quib. res judic. ergo nec responsa Card. faciunt jus universale. 4. Circumferuntur declarationes sibi contrariæ 5. Declaratio Card. in materia fidei non est authentica, sed doctrinalis, ergo in materia morum est authentica.

Re. ad 1. Solemnitas promulgationis, loci, & temporis requiritur ad condendam novam legem, & qualiter etiam decreta Congregationis novum Jus statuentia promulgari solent, apposta nota loci, & temporis, sed non requiritur ad solam interpretationem juris antiqui præexistentis, cum ab initio inesse censetur. Ad 2. Censere in sensu juridico sæpe idem significat, quod decernere, statuerè, jubere l. censi 111. ff. de P. S. l. 52. ff. de contrab. emp. Ad 3. Nego Maj. quia potius equiparantur prudentibus, quibus princeps suam auctoritatem tribuit ad universam jus interpretandum, nam iudices & magistratus habent potestatem limitatam ad certum territorium, ut inibi secundum jus judicent; & contra Cardinales ex concessione Pape habent auctoritatem illimitatam, ut pro tota Ecclesia interpretentur Tridentina decreta reformationis. Ad 4. In forma authentica vix producentur declarationes contrariæ, cum ex diversitate casus, & circumstantiarum conciliari possint. Si tamen vere contrariæ essent, posterior derogat priori arg. l. sed & posteriores ff. de LL. & l. fin. ff. de Constit. Princip. Ad 5. Con. ant. & Neg. con. nam declarare dogmata fidei receptam est soli Sedi apostolice, per cit. constit. pontificum. Hic adhuc objici possit c. 31. de sent. excomm. ibi unde jus prodit Constit. Sixti V. cit. in pr. ubi legitur ad Papam tantummodo spectare generalia concilia indicare, confirmare, interpretari l. 12. C. de LL. ibi si enim in presenti. Bulla Pii IV. Benedictus Deus, ubi negatur Doctoribus interpretatio doctrinalis, ergo hæc solum Cardinalibus censetur concessa. Sed hæc, & similia ex dictis soluta manent. Vide Fagn. loco cit.

23. Q. V. Quid juris faciant decisiones Romanæ, seu Summi tribunalis apostolici? Re. faciunt quidem jus inter partes, non tamen jus universale pontificum; nam non constat huic datam esse potestatem leges condendi, sed secundum leges, seu constitutiones papales judicandi: ejus tamen decisiones sunt magna auctoritatis, & prevalent opinioni aliorum doctorum, modo sint uniformes; & ideo Rota loquente, cetera tribunnalia obmutescunt, ut ait Mandos de monitor. q. 27. n. 6.

24. Q. VI. Quid sint, & quomodo obligent concordata Germaniæ? Re. Hæc sunt certa pacta inter Nicolaum V. Papam, & nationem Germanicam sub Frederico III. Pacifico inita an. 1447. circa collationes beneficiorum, & annatas, electiones, & alternativas in mensibus papalibus & Ordinariorum; ac vim habent egis publicæ, ut neque a Papa de potestate ordinaria mutari possint propter clausulam ibi insertam. Plura de his dicentur cit. de Præb.

25. Q. I. Quo sim principia, seu loci, ex quibus sacra jurisprudentia sua desumit argumenta? Re. 1. Jura naturalia, tanquam primus fons, ex quo omnia jura fluunt, seu tanquam prima principia ex quibus humana jura per modum conclusionis mediata convenienter deducuntur. 2. Jura divina positiva præsertim novi testamenti, imò tota sacra scriptura & theologia est fons ubertimus argumentorum canonicorum, cum Canones conformari debeant sac. theologia. 3. Traditiones divine, & ecclesiastica, consuetudo, & praxis ab Ecclesia recepta. 4. Decreta, seu Canones scripti, & conditi a conciliis, & summis Pontificibus, cum Canones auctoritate Pontificia nisi sint propria, & intrinseca principia, ex quibus canonista concludit. 5. Jus civile romanum, cujus notitia est summe, & simpliciter necessaria ad intelligendum jus Canonicum, pro ut hodie in scholis, & tribunalibus ecclesiasticis praticatur. 6. Huc etiam pertinent dicta, & sententia Patrum, philosophorum præsertim ethicorum, auctoritas historicorum, ratio naturalis, vel ex legibus elicita, aut in eis fundata.

26. Q. II. Quomodo Canonice ex his principiis argumententur? Re. 1. allegando textum juris, quo res positive probetur; nam erubescimus sine lege, aut Canone loqui Nov. 18. c. 5. & ideo ab auctoritate negativa in jure validum est argumentum. 2. a specie facti, vel a ratione legis, aut Canonis. 3. a sensu contrario, dummodo non sequatur correctio juri, pena, iniquitas, vel aliud absurdum 5. ab exceptione ad regulam firmam in casibus non exceptis. Denique a regulis juris, & axiomaticis in jure receptis, aliisque hujusmodi, ut a paritate, identitate rationis, a congrua, & subtili interpretatione, a casu vero ad fictum, a connexis, a tacto ad expressum, & e contra, a causa ad effectum &c. Subtilitates autem dialecticæ cavende sunt, v. g. an definitio sit rigorosa, an membra univoca &c. Cetera de his vide in Controuersis nostris civilibus, & pro facilitate observa præxim, & modum in jure versatorum.

27. Q. III. An in jure Can. reperitur aliqua antinomia, seu contrarietas legum, aut canonum? Re. 1. in diversis partibus juris Canon. non est dubium multa contraria reperiri, & tunc locus est regulæ: Lex posterior derogat priori l. fin. ff. de const. princely. atque ita decreto Gratiani derogatur per Decretales Gregorianas, his per librum sextum, huic per Clementinas, & his omnibus per Conc. Trid. & alias Constitutiones pontificias posteriores, modo cetera sint. 2. In eadem parte, seu compilatione eisdem Pontificis non facile admittenda est contrarietas arg. l. 2. §. contrarium C. de P. J. E. ne idem juris conditor in eodem opere sibi contradicat. Unde cum correctio juri sit odiosissima, omni possibili modo jura invicem concilianda sunt l. 26. 27. 28. ff. de LL. nisi expresse Canon unus corrigat alterum, sicut c. 2. & 3. de censibus in 6.

28. Q. IV. Quis sit usus juris Canon præsertim in concursu juris civilis? Re. pro hoc tradi seq. regulas: 1. Si agitur de materia spirituali, & ecclesiastica, in utroque foro decisio fieri debet ex jure Can., non attento civili, v. g. de sacramentis, beneficiis, decimis &c. tota dist. 10. & 96. c. 2. de judic. nam de rebus spiritualibus disponere est solius potestatis ecclesiasticæ, non vero politicæ, que ultra materiam profanam se non extendit. 2. Si agitur de personis ecclesiasticis, vel Ecclesiis, seu locis religiosis, in utroque foro attendi debet solum jus Canon. c. Ecclesia 10. de Constit. ibi: nos attendentes, quod loci, etiam religiosi, super Ecclesiis, & personis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas, quos obsequendi maxime necessitas, non auctoritas imperarandi, nam nulla jurisdictione laicis competit in Ecclesiis, & personis ecclesiasticis. Quod verum est etiam leges civiles continent aliquam favorem, attamen mixtum mandato, obligatione, & jurisdictione, ne prætextu favoris jurisdictione laica exerceatur in Clericos, & Ecclesias uti l. 14. C. de SS. Eccl. l. 47. C. de Episc. & Cler. &c. at si leges civiles merum favorem Clericis, vel Ecclesiis concedant absque ulla jurisdictione, & obli-

obligationis specie, deficiente jure Can. servanda erunt in utroque foro, uti Auth. ingressi, & si qua mulier. C. de SS. Eccl. &c. nam favor, & beneficium cuique extraneo, etiam non subdito concedi potest. 3. Si in quacumque materia, etiam profana, agitur de conscientia, & peccato, in utroque foro observari debet jus Canon. non vero civile ab illo discordans; nam disponere circa ea, que salutem animæ tangunt, est solius potestatis spiritualis cap. 6. de M. & O. extrav. 1. eod. inter com. sic præscriptio cum mala fide reprobat cap. fin. de præscrip. & per cap. fin. de sepult. hæredes secundum vires hereditatis tenentur exonerare conscientiam defuncti, qui ex delicto damnus inulit contra lib. un. C. ex delicto defuncti, que non obligat hæredes ad satisfaciendum, nisi in quantum ex delicto, ut furto, aliquid ad eos pervenit. 4. Si jus Canon. & civile disponant in materia profana, ubi non tangitur ratio conscientie, & peccati, quodlibet jus, est contrarium sit, in suo foro observandum est, v. g. circa solemnitates testamentorum, contractuum, penarum &c. nam in tali materia potestates istæ discrete sunt, & una non subordinatur alteri. can. 8. d. 10. & can. 6. d. 96. ubi Nicolaus Papa ait: cum ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator jura Pontificatus arripit, nec Pontifex nomen imperatorum usurpavit. 5. Si in materia profana jus civile vel nihil, vel dubie disponit, jus vero Canon. clare, sequenda est dispositio juris Canon. & e contra Nov. 83. c. 7. & cap. 1. & 2. de N. O. N. ubi in cap. 1. ponitur celeberrimus, & quotidianus textus: sicut leges non designantur sic. Canones imitari, ira & sacrorum statuta Canonum principum constitutionibus adjuvantur. Unde Bald. in Proum. decr. num. 2. ait: juris Canonici substantiam juris civilis subtilitate decorari, & juris civilis majestatem Canonum auctoritate firmari.

De modo citandi, & discendi jus Canonicum.

29. Q. I. Quomodo citentur aliqui textus ex Decreto Gratiani? ante responsum notantes esse partes Decreti. 1. Continet tot. distinctiones divisas in capitula, seu Canones. 2. Continet causas 36. que dividuntur in questiones, & hæ in capita, seu Canones. In causa 33. q. 3. intermittitur tractatus de penitentia, divisis in 7. distinctiones. Tertia pars continet 5. distinctiones de consecratione subdvisions in capitula, seu Canones. Re. 1. Decreti prima pars citatur allegato capitulo, & distinctione, sive capitulum, seu Canon allegatur primo, sive ultimo loco, sive per initiale vocabulum, sive per numerum, sive per utrumque, v. g. Can. erit. d. 4. vel Can. 2. dist. 4. vel c. erit. 2. d. 4. vel c. 2. erit. d. 4. vel d. 4. c. erit hoc est, in prima parte Decreti, distinctione quarta, Canone, seu capite, quod incipit ab hoc verbo: erit. 2. Decreti secunda pars citatur allegato capite, seu Canone, causa, & questione, v. g. c. audi 11. q. 3. vel 11. q. 3. c. 21. audi, hoc est, in secunda parte Decreti causa undecima, questione tertia, & Canone vigesimo primo incipiente; audi; ubi adverte, quod numerus sive Romanus, sive barbarus hodie usitatus præcedens litteram q. semper significat causam. In citatione causæ trigesima tertia, questionis tertia plerumque omittitur numerus causæ, & questionis, allegato solum Canone, & distinctione cum addito de penitentia, v. g. c. multi. de penit. d. 2. hoc est in causa 33. q. 3. de penitentia, distinctione secunda, Canone, seu capite incipiente; multi. 3. Decreti tertia pars citatur, sicut prima, sed cum addito de consecratione, v. g. c. panis. 39. de consecr. d. 2. vel de consecr. d. 2. c. 39. hoc est, in tertia parte Decreti de consecratione distinctione secunda, capite 39. incipiente panis.

30. Q. II. Quomodo citentur textus ex reliquis partibus juris Canonici? Re. Decretales Gregorianæ citantur allegato capite, & titulo, & olim addebatur X. vel 7. hoc est extra, non quod textus sit ex constitutionibus extravaganantibus, sed extra decretum Gratiani, v. g. c. qualiter de pallis, vel c. 3. de pallis, vel c. 3. X. de pallis, hoc est, in Decretalibus Gregorianis

sub titulo de pallis, capite 3. de pallis incipiente; qualiter ceteræ partes eodem modo citantur cum hac differentia, quod liber VI. significetur per hoc additum in 6. hoc est, in libro sexto, Clementinæ per initiale voculam Clem. hoc est, Clementina, puta constitutio. Si textus est Joannis XXII. additur nomen hujus Pape; si vero textus est ex Extravaganantibus communibus, additur: inter communes. Accipe singulorum exempla: c. 2. de pallis in 6. hoc est, in libro sexto Decretalium sub tit. de pallis. Clem. Abbates de refer. vel Clem. 1. de refer. hoc est, Clementina prima incipiente; Abbates sub titulo de scriptis, seu in Clementinis constitutionibus sub titulo de scriptis: cap. 1. Extrav. Execrabilis Joann. XXII. de præbend. hoc est, in Extravagante, puta constitutione, Joannis XXII. incipiente Execrabilis, sub titulo de præbendis. Extrav. un. Dispensatio de postul. inter com. hoc est Extravagante unica inter communes, incipiente Dispensatio sub titulo de postulatione, seu in Extravaganantibus communibus sub titulo de postulatione cap. unico incipiente Dispensatio. Bullæ extra corpus juris allegari solent per initiale vocabulum cum nomine Pontificis, si opus est, addito paragrafo, versiculo, die, & anno v. g. Gregorius XIV. constitutione incipiente Onus Apostolicæ 1591. 13. Martii, vel Constit. Gregor. XIV. incip. &c.

31. Q. III. Quomodo incipientes studere juri, vel alii ignari, qui proprium casusque tituli locum nesciunt, facile in praxi quamlibet citationem invenire possint? Re. hoc modo: 1. secundum modum directionem videatur, an textus sit ex Decretalibus Gregorianis, an ex libro sexto, Clementis, aut Extravaganantibus, 2. inspicatur titulus, a qua littera alphabetica incipiat, & mox queratur in indice in fine Operis.

32. Q. IV. Quis modus citandi jus civile? Re. Institutiones citari allegato pr. hoc est, principio, vel §. & quandoque versiculo cum titulo, v. g. §. 1. mandatis in de mandato, vel Inst. de mandat. §. 1. hoc est, in Institutionibus sub titulo de mandato §. 1. incipiente: mandatis. Pandectis citantur allegata lege, titulo, & ff. aut D. seu pandectis, aut digestis, v. g. l. 7. §. 4. sed cum ff. de pallis, vel D. de pacta l. jurisgenium §. sed cum, hoc est, in pandectis sub titulo de pactis lege septima incipiente: jurisgenium §. quarto incipiente sed cum. Codex eodem modo citatur præterquam quod ponatur majuscula C. que Codicem significat, & quandoque loco legis citatur authentica minusculis inserta, v. g. l. 12. privilegia pr. C. de sac. Eccl. vel C. de sac. Eccl. l. 12. pr. hoc est, in Codice sub titulo de sac. Ecclesiis lege duodecima incipiente: privilegia, in principio, & auth. cassa C. de sac. Eccl. hoc est, authentica incipiente: cassa in Codice sub titulo de sacrosanctis Ecclesiis. Authenticum, seu volumen novellarum constitutionum citatur allegata collatione, titulo, & capite; hodie autem brevius allegato numero novelle v. g. in auct. de nuptiis l. 4. c. 1. duo igitur, vel brevius nov. 22. c. 1. hoc est, in authentico sub titulo de nuptiis cap. 1. incipiente: duo igitur, vel novella 22. c. 1. Libri feudales citantur allegato titulo, vel numero tituli, & capite, & quandoque §. vel versiculo, cum numero libri, v. gr. lib. 1. F. vel FF. tit. 7. c. un. hoc est, in libro primo feudorum titulo septimo, capite unico de natura feudi. Ceterum ut citationem ex Institutionibus, pandectis, & codice (in aliis enim non est difficultas) facile invenias, consule indices secundum instructionem præcedenti questione datam, donec seriem titulorum perspectam habebas.

33. Q. V. Quis modus discendi jus Canonicum? licet pro varietate talentorum, & animorum possit esse varius, tamen ut ordinate discatur. Re. Sequentia utiliter observari posse: 1. faciendum est systema generale materiarum totius juris Canon. tum ut generaliter, & quasi in consulo sciat, quid in quolibet loco tractetur; tum ut excitata memoria promptitudo quodlibet facilius in jure repertiendi acquiratur, tum denique ut a generali, & confusa notitia felicitur sit progressus ad specialem, & distinctam scientiam. 2. legendus est aliquis auctor, qui methodo doctrinali, & plana materiam cujuslibet tituli pertractat sine magnis ambagibus, & argumentis coacervatis ad disputandum: tum

ut sciatur, quid in puncto juris tenendum sit; tum ne magis utilia per inutilia impediatur. Moderata tamen disputationes permittuntur, imo fudentur iis, qui sufficienter doctrinalibus sunt imbuti, cum exercitium disputandi ad diligentius legendum, & inquirendum inducat. 3. intellecta doctrina tituli, ad fontem recurrendum est, & singula capitula tituli cum casibus ibi relatis evolvenda, praesertim glossa, vel alio interprete adhibito; uti & specialiter excerpere erunt ille sententiae, quae insar maximarum capitulis interferi solent v. g. c. 2. de Const. Rem., qua culpa caret, in damnum vocari non convenit. Valent enim ad decisionem plurium materiarum. 4. faciendae sunt crebrae reflexiones antea lectorum, & gradatim a titulo ad titulum sine saltu procedendum.

Synopsis Decreti Gratiani.

34. Prima pars Decreti dividi potest in quinque principales notas: in prima notabis, quod a dist. 1. usque ad 24. agatur de iuribus, puta de iure naturali, divino, gentium, civili, constitutionibus principum, Canonico, consuetudine, Conciliis, Epistolis decretalibus, de ministris, seu exequutoribus Sac. Canonum, praesentia, ordinatione, & examine, ac probitate ordinandorum. In secunda notabis, quod a dist. 25. usque ad 50. agatur de tredecim regulis, seu praecipuis Apostolicis: oportet Episcopum esse sine crimine, unius uxoris virum (ubi multum de continentia Clericorum) non vinolentum, prudentem, in literis, & negotiis versatum, ornatum honestate interiori, & exteriori, hospitalem, pudicum, doctorem, non percussorem, non litigiosum, non cupidum, dormi sui bene praepositum, non neophytum; quae capitula recapitulatur in dist. 49. & in seq. d. 50. subditur de lapsu, & reparatione Clericorum. In tertia notabis, quod a dist. 51. usque ad 60. agatur de irregularibus, & non admittendis ad Ordines, uti sunt curiales, & obligati ad rationem, per saltum promoti, servi, corpore vitati, bigami, illiciti, publice penitentes, illegitimi, in aegritudine baptizati, monachi sine consensu proprii Abbatis. In quarta notabis, quod a dist. 60. usque ad 94. agatur de electione Clericorum ad dignitates, eorum ordinatione, literis, aliisque requisitis ordinandorum, temporibus ordinationum, de vita, & honestate Clericorum. In quinta notabis, quod a dist. 94. usque ad ultimam agatur de Legatis Apostolicis, delegatis praesulum, principibus laicis, litteris scribendis, & subscribendis, Primatibus, pallio Archiepiscopali: & tandem ne in una Provincia plures sint Metropolitan.

Secunda pars decreti continet graviores causas 36. circa varia delicta, iudicia, Episcopos, Clericos, monachos, & ultimo a causa 27. circa sponsalia, & matrimonia. In seq. catalogatur materia cuiusque causa: prior numerus denotat causam, posterior vero quot quaestiones sint in illa causa.

- 1 7 de Simonia.
- 2 8 de Iudiciis, accus. appell.
- 3 11 de Spoliatis.
- 4 6 de Accusator. & testibus.
- 5 6 de Libello famoso, & Delatore.
- 6 5 de Infamibus.
- 7 2 de Episcopi viventis successores.
- 8 5 de Successione Praelatorum.
- 9 3 de Absolutione a censuris.
- 10 3 de Regimine Episcopi.
- 11 3 de Censuris variis.
- 12 5 de Testament. & bonis cleric.
- 13 2 de Funeribus, & Exequiis.
- 14 6 de Fenore, & Usura.
- 15 8 de Furiosis, & eor. similib.
- 16 7 de Monachis, decimis.
- 17 4 de Occisione, maxime Cleric.
- 18 2 de Abbatibus.
- 19 3 de Claustris religiosis.
- 20 4 de Voluntariis religiosis.
- 21 5 de Commendis clericorum.
- 22 5 de Juramentis.
- 23 8 de Pugna, & Bello.
- 24 3 de Haereticis.
- 25 2 de Violatione censur. & privil.
- 26 7 de Sortilegiis.

Matrimonialia.

- 27 2 de Sponsalib. & castitate.
- 28 3 de Infidelium nuptiis.
- 29 2 de Servorum matrim.
- 30 5 de Infantum matrim.
- 31 3 de Mecha matrim.
- 32 8 de Meretricis matrim.
- 33 5 de Frigidor. & voto ligator.

Matrim. in q. 3. tractatus de penitentia.

- 34 2 de Dubio circa mortem mariti.
- 35 10 de Gradibus consanguin. & affin.
- 36 2 de Raptu Virginum.

Materia haturum causarum in iure Canon. exprimitur per titos septem vericulos: Simon appellat., &c. in quibus singula vocabula significant materiam singularum causarum.

Tertia pars Decreti habet 5. distinctiones In I. agitur de consecratione Ecclesiae, altarium &c. & missarum celebratione. In II. de sac. Eucharistia. In III. de Festivitatibus, & jejuniis annuis. In IV. de baptismo. In V. de confirmatione, & abstinentia ab illicitis.

Synopsis Decretalium.

35. Libri Decretalium in genere agunt: 1. de iudiciis Ecclesiasticis. 2. de iudiciis, seu processu iudiciali: & quia ad iudicium deduci debent aliquae causae civiles, vel criminales, ideo Liber III. agit de causis civilibus praesertim Clericorum. 4. de causis civilibus laicorum, quae spirituales, seu Ecclesiasticae sunt, uti matrimoniales. 5. de causis criminalibus Clericorum, & laicorum, in quantum pertinent ad forum Canonicum. Hanc generalem Synopsim Glossa complectitur hoc vericulo:

Index, Iudicium, Clerus, Sponsalia, Crimen.

36. Liber I. Decretalium pro objecto suo principaliter inter materialia habet iudicem, seu personas Ecclesiasticas, & quatuor praecipua complectitur. Principia juris, modos promotionum ad dignitates Ecclesiasticas, ordinationes, & officia Clericorum: tum sequuntur preparatoria ad iudicium, de quo in libro seq. Et quidem a tit. 1. usque ad 4. ad imitationem juris civilis traduntur communia principia juris, quae sunt vera fides catholica, consuetudines, scripturae, & consuetudo. 2. a tit. 5. usque ad 10. traduntur formae, seu modi, quibus personae Ecclesiasticae promoventur, vel amoveantur, uti sunt postulatio, electio, translatio ab uno Episcopatu ad alterum, renunciatio, provilio superioris supplementis negligentiam inferiorum Praelatorum. 3. a tit. 11. usque ad 22. traduntur requisita necessaria ordinationum, & impedimenta, seu irregularitates ordinandorum ex defectu provenientes. 4. a tit. 23. usque ad 33. traduntur varia officia Clericorum, ut Archidiaconi, Archipresbyteri &c. 5. a tit. 34. usque ad fin. traduntur ea, quae viam praeparant, aut impediunt ad iudicium, ut treuga, & pax, pacta, translationes, postulationes advocatorum, procuraciones, syndacatus, rescissiones metu gestorum, restitutiones in integrum, alienationes rerum propter metum iudicii, arbitraria.

37. Liber II. Decretalium pro objecto principali habet processum iudicialium. Et quidem a tit. 1. usque ad 4. traduntur ea, quae praecedunt principium litis, uti est notitia de iudiciis, & foro competente, oblatio libelli cum citatione rei, mutua petitio, seu reconventio actoris. 2. a tit. 5. usque ad 17. quae pertinent ad principium iudicii iam actu suscepti, uti est litis contestatio, juramentum calumniae, dilaciones, ordo cognitionum &c. 3. a tit. 18. usque ad 26. traduntur ea, quae pertinent ad medium iudicii, seu terminum probatorum, uti sunt ex parte actoris probationes per confessionem rei, testes, instrumenta, praesumptiones, iurjurandum, & ex parte rei exceptiones, & praescriptiones. 4. a tit. 27. usque ad fin. traduntur ea, quae pertinent ad finem iudicii, uti est sententia, & rescudicata, appellatio verbalis, vel realis, confirmatio sententiae utilis, aut inutilis.

38. Liber III. Decretalium pro objecto principali habet causas civiles Clericorum. Et quidem a tit. 1. usque

usque ad 13. traduntur ea, quae concernunt causas beneficiales, ut Clericorum vita, & honestas, continentia, residentia, praebende, institutiones, actus qui sunt Sede vacante, vel plena, alienationes rerum Ecclesiasticarum. 2. a tit. 14. usque ad 30. traduntur ea, quae concernunt varios contractus, bona, seu peculium Clericorum, testamenta, successiones ab intestato, sepulturas, parochias, decimas. 3. a tit. 31. usque ad 37. traduntur ea, quae concernunt statum, iura, & obligationes Regularium, uti sunt transitus ad Religionem, vota, status, & capellae, seu Ecclesiae monachorum; 4. a tit. 38. usque ad fin. traduntur ea, quae concernunt iura, & actus ad Ecclesiam pertinentes, uti sunt jus patronatus, census Ecclesiastici, consecratio Ecclesiarum, celebratio missarum, baptismus, Eucharistia; Reliquae SS. observatio jejuniorum, edificatio, & immunitas Ecclesiarum; & tandem in ultimo titulo, qui est conformis primo, statuitur, ne Clerici, vel monachi secularibus negotiis se immisceant.

39. Liber IV. Decretalium pro objecto principali habet causas Ecclesiasticas laicorum, seu matrimoniales. Et quidem a tit. 1. usque ad 16. traduntur varia impedimenta matrimoniorum, & a tit. 17. usque ad fin. traduntur effectus, & dissolutio matrimonii, uti est legitimitas, & legitimatio filiorum, divortia, dotis restitutio: & tandem agitur de secundis nuptiis.

40. Liber V. Decretalium pro objecto principali habet causas criminales Ecclesiasticas, licet multae sint mixti fori. Et quidem in tit. 1. & 2. praemittuntur ea, quae iudicium criminale praecedunt, ut aculaciones, inquisitiones, denunciations, calumniae. His praemissis a tit. 3. usque ad 9. agitur de criminibus adversantibus Religioni, & Fidei catholicae, uti sunt simonia, iudaismus, paganismus, haeresis, schisma, ordinatio a schismaticis, apostasia, & reiteratio baptismi. 2. a tit. 10. usque ad 23. agitur de delictis potissimum iustitiae adversantibus, quibus nocetur proxi-

mo in vita, forunis & fama, uti sunt homicidia, torneamenta, duella, ejaculatio sagittarum, adulteria rapina, furtum, usura, crimen falsi, sortilegia, collusio, delicta puerorum. 3. a tit. 24. usque ad 33. potissimum agitur de propriis delictis Clericorum, uti sunt venatio, percussio, maledictio, ministratio Clerici excommunicati, depositi, interdicti, non ordinati, promotio per saltum, furtiva ordinum suscepio, excessus Praelatorum, & subditorum, novi operis attentio, excessus in privilegiis. 4. a tit. 34. usque ad finem agitur de purgatione Canon. & vulgari, iniuriis, praenis, penitentiis, censuris, quae ad delicta consequuntur. Tandem adduntur duo tituli de verborum significatione, & regulis juris.

De Abbreviationibus.

41. Scriptores in iure passim utuntur vocibus, & rubricis abbreviatis, v. g. pr. principio d. l. d. i. dicta lege. dicto titulo h. r. hoc titulo l. f. lege finali. arg. argumento, vel per argumentum legis, aut capituli a. f. c. a. sensu contrario b. f. m. f. bona fide, mala fide. Confona in fide duplicata significat pluralem, v. g. de Temp. Ord. de temporibus ordinationum. L. XII. Tab. Lex. 12. tabularum. in cit. h. capp. in citatis legibus; capitibus &c. Rubricae abbreviate scribuntur per initiales litteras, adeoque per his consule indicem alfabeticum titulorum, v. g. A. R. D. acquirendo rerum dominio D. R. divisione rerum, rebus dubiis J. C. iure codicillarum J. & J. iustitia, & iure J. & P. I. juris, & facti ignorantia J. N. G. & C. iure naturali, gentium, & civili, LL. legibus N. O. N. novi operis nunciacione, O. & A. obligationibus, & actionibus. R. C. rebus creditis. S. P. R. S. P. U. servitutibus praedictorum rusticorum, urbanorum V. J. E. veteri iure enucleando. V. O. verborum obligationibus. V. S. verborum significatione. R. J. regulis juris, R. V. rei vindicatione &c.



LIBER PRIMUS DECRETALIU GREGORII IX.

Omnia materialia objecta juris sint tria: personae, res, & actiones §. fin. In. de. J. N. G. & C. persona autem principem locum teneant, merito compilator Decretalium ad imitationem juris civilis, praesertim codicis, praemissis principiis juris, incepta a personis Ecclesiasticis, examinando illarum promotionem ad dignitates, ordinationem, & varia officia, cujus etiam ordinem hic sequemur.

TITULUS PRIMUS.

De summa Trinitate, & Fide catholica.



Agitur de hac materia etiam in Sexto, & Clem. eod. tit. Item in Decreto d. 22. per tot. d. 23. cap. 2. & cap. fin. de consec. d. 3. & cap. pen. & ult. de consec. d. 5. In Trident. Sess. 3. de Symb. Sess. 24. c. 1. & 12. Sess. 15. cap. 2. de prof. fidei, & in Codice lib. 1. tit. 1.

Nota praesentis rubricae duas esse partes, quarum prior agit de mysterio SS. Trinitatis, posterior de Fide Catholica, non formaliter pro habitu, vel actu, quo assentium revelatis auctoritatem DEI, sed obiective sumpta pro collectione praecipuorum articulorum Fidei.

1. Quid traduntur in hoc tit. R. 1. doctrina catholica de DEO uno in essentia, & uno in personis: de creatione mundi ex nihilo, quae DEUS condidit creaturam Angelicam, mundanam, seu corporalem, & humanam ex spiritu, & corpore constitutam, de mysterio Filii Dei incarnati, universalis resurrectione, ultimo iudicio, aeterna punitione malorum, & premio bonorum. Item de una universali Ecclesia, & sacrificio Missae, ejus ministro Sacerdote, baptismo parvulorum, & adulterum, Sacramento penitentiae, de aeterna beatitudine non tantum virginum, & continen-